



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo**

**Galeottus <Martius>**

**Basileae, 1517**

Georgivs Mervla Alexandrinus Lavrentio Et Ivliano Medices, Salvtem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31834**

ut mihi quantumcunq; superest temporis, id saluis uobis traducere liceat, in reipub. felicissimo gradu. HAEC igitur R. pater quæ de homine duobus uoluminib<sup>9</sup> absoluimus, tanq; ab optimo in te animo profecta, libenter accipias, rogamus, ut sint monumentum & pignus amoris.

GALEOTTI MARTII NARNIENSIS  
LIBRI SECVNDI DE HOMI-  
NE FINIS.

GEORGIUS MERVLA ALEXANDRINVS  
LAVRENTIO ET IVLIANO ME-  
DICES, SALVTEM.

**V**ETEREM legimus professorum morem fuisse quem posteriores crescentibus subinde disciplinis seruauerunt, ut ueri habendi gratia, si quid a scriptoribus perperam dictum fuisset, id corrigere & emendare uellent. nec uel amicis, uel præceptoribus parcerent modo ueritati consulerent. Sic Aristoteles Platonem, Varro Lelium, Casselium Sulpicius, Hilarium Hieronymus. Rursum Hieronymum Augustinus reprehendit. Alij quoque permulti leguntur, quorum concertatione bonæ artes & illustratæ sunt, & creuerunt maxime. Hos ego imitari cupiens cum opus Galeoti, quod de homine inscribitur legissem, plurimaq; non dico minus

Ratio  
cur scri/  
psit in Ga  
leotum.

Laurēti<sup>9</sup>  
& Iuljan<sup>9</sup>  
medices.

Cosmus  
pater pa/  
triae.

Laus Cos/  
mi & Pe/  
tri medi/  
ces.

minus eleganter dicta, uel parum docte tractata, sed plane  
falsa offendissem, ueritus ne lectio noui operis auido lecto  
ri imponeret, & eo magis cum non deessent, qui mendose  
& uitiose praecepta defenderent, quae ueterum autoritate Ga  
leotus niti uideretur, Non potui sane pati bona ingenia  
decipi, & turpiter errare. Opem itaque cum ueritati, tum  
amicis ferre uolui, atque ea refellere, quae plurima temere  
& sine iudicio dicta in eo opere leguntur. Tum in libellum  
coacta Laurentio & Iuliano medices priuatim dedicare sta  
tui. In quorum sinu nostra aetate maxima spes & studio  
ratio fouetur. Sic enim uos partes literarum suscepistis, ut li  
teratorio gymnasio in nobilissima Italiae parte nuper con  
stituto, iam leges sanctissimae & liberales disciplinae, sic Lau  
rentium & Iulianum parentes appellare possint, quemadmo  
dum Florentia Cosmum salutis & oem sui autorem publico  
decreto patrem patriae dixit. Cuius urbis fato nimirum gra  
tandum est, quod negotijs publicis, auum, filium, & nepotes  
praefectos continua serie habuerit, per quos certa quadam  
& solida florentini populi felicitas perdurauit. Et ita nunc  
urbs pulcherrima & opulenta floret, ut non minus e re flo  
rentina sit Laurentio & Iuliano medices urbis tutelam per  
manu traditam fuisse, quam Cosmum & Petrum illi praestul  
se, quorum prudenti consilio & magnifica opera undique pro  
mentibus bellis tutus & incolumis status ciuitatis seruatus  
fuerit. Sed nec uos poeniteat qui in administrandis rebus  
urbicis occupati semper magna tractatis, ad haec legenda  
descendere, quando memoriae proditum sit illustres rerum  
publicarum principes hoc fecisse. Sic Cicerone post peroratas  
causas & curas publicas Antonij Gniponis scholam frequen  
tavit.